

**CONSTITUTIONES,  
ET EXTRAVAGANTES  
Ordinis Monachorum  
SANCTI P. HIERONYMI**

*Maximi Ecclesiae Doctoris*

Ab Emo, & Rmo Dno VINCENTIO,  
Tit. S. Honuphri Presbytero Card. PETRA  
S.R.E. Poenitentiario Majori,

*Ex auctoritate Sac. Congregationis EE. & RR.  
S.R.E. Cardinalium negocijs Episcoporum,  
& Regularium præpositæ,*

*Nunc denuò compilatae,*

ATQUE A SS. D. NOSTRO

**CLEMENTE PP. XII.**

*Confirmatae.*



*rofr. Juan Garcia  
profeso de pp.*



ROMÆ, Typis Rev. Cameræ Apostolicæ Anno M.DCC.XXX.

*Cum Superiorum permisso, & licensia.*



# CLEMENTS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*



Cclesiæ Catholicæ, regimini, meritis licet imparibus per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis abundantiam præsidentes, ea, quæ pro fœlici, prosperoque Monastico-rum Ordinum in Ecclesia Dei piè, sanctèque institutorum, ac bonorum operum fructus assiduè proferre satagentium, statu, ac gubernio providè, prudenterque constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, & sub illorum directione Christi fideles divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, vota sua Altissimo in sanctitate, & justitia

red-

1001

INCIPIUNT  
**CONSTITUTIONES**  
*MONACHORUM ORDINIS*  
**SANCTI P.HIERONYMI**  
Ecclesiae Doctoris  
**PROLOGUS.**



D laudem , & gloriam Omnipotentis Dei Patris , & Filii , & Spiritus Sancti , qui est unus in essentia , trinus in Personis , Alpha , & Omega , Principium , & Finis omnium ; & ad salutem universorum , & singulorum modernorum , futurorumque Ordinis Sancti P. Hieronymi Monachorum ; ac bonum Statum ; & firmam dicti Ordinis conservationem : infra scriptæ sunt Constitutiones , & Leges Extravagantes , quæ ab universis ; & singulis præfati Ordinis Monachis perpetuò , inviolabiliter , & religiose observari debent ; Ordinationibus , & Usibus quibuscumque quorumlibet Monasteriorum in contrarium penitus abrogatis . Ex hujusmodi tamen Constitutionibus , & Legibus Extravagantibus , aut ex quibuscumque aliis , quæ imposterrum fuerint legitimè ordinatæ , & promulgatae , etiamsi Monachi universim Ordinis , vel eorum aliqui ignorantia , negligenter , vel ex certa scientia , seu quavis alia causa ipsis non obtemperaverint , vel contravenerint in totum , vel in parte : nullum peccatum mortale , seu veniale , vel culpam aliquam animam pertingentem incurant ; sed tantummodo pœnæ corporali subjiciantur ; si quæ propter præmissam inobservan-